CXVI

tutem. sic & uiro perfecto in fide & maturo sensibus. si miracula osten
deris delectatur quidem aspectu. nihil autem proficit ei ad aedificationem
sensus aut ad notitiam ueritatis. Si autem uerbum sapientiae exposueris
ei & ratione delectatur & aedificatur in fide. CCXIIII.

Et relictis eis abiit foras extra ciuitatem in bethaniam & mansit
ibi. ut rece-dendo conpesceret quos respondendo non potuit. quia
multa non docentur sermonibus sed excitantur. Malum enim hominem
melius locum dando potes uincere quam respondendo. Nam si conten
dis inrationabilem ratione placare. & illum non placas & teipsum
subuertis, & mansit ibi. Noluit manere in hierosolem. De qua iam
uoluntate recesserat. qui in mortem domini sui iam manus armatas
tenebat se magis occisuram quam dominum. sed mansit apud lazarum
& sorores eius ut illic requiesceret corporaliter ubi & spiritaliter
repausabat, Nam sanctorum uirorum est non ibi querere mansionem
ubi clariores sunt uiri sed ubi fideliores. Nec gaudent ubi epulae lar
gae sunt sed ubi sanctitas florens, Mane autem reuertens in ciuitatem esu
riit, Non quasi homo cibum sed quasi deus salutem humanam. Non qua
si indigens quaerit nostram iustitiam. sed quasi misericors desiderat
nostram salutem. Si autem quasi homo esurisset cibum. numquam mane
esurisset. sed ideo adhuc mane esurit. quia semper esurit qui
iustitiam esurit aut aliorum salutem./ merito ergo ueniens ad
gentem iudeam xps mane esuriebat, Qui super tot milia annos nul
lus iustitiae suae dederat cybum. mane autem id est initio duode
cimae horae de qua supra locuti sumus. Uides ergo quia mutatio
nes istae saeculi huius & horae dicuntur & dies. & si consideres per
singula saecula quasi & mane inuenis fieri & uespere. Ecce fac
tum est mane super adam quando creauit eum & dedit ei manda
tum iustitiae quasi lucem. Deinde magis atque magis hominum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm8110/0082